*labundus arripui, vd tantis quibus ab hoc Regis Senatu muneribus sum affectus, aliqua possim exparte satisfacere. Sed vt propositaiam nunc ostententur, congruum.*

*Ioannes Gometius Tonel.*

## *DIALOGVS MISCELANEVS, INTER PEREGRINVM EXTERVM APPVLSVM AD HERCVLEAE CIVITATIS PORTVM, ET INCOLAM ILLIVS, DIE EXEQVIARVM SERENISSIMAE MARGARITÆ AVSTRIACAE, HISPANIARVM REGINAE, QVIBVS AVDIENTIBVS HISPANIA, EIVS Q; SANCTVS PATRONVS, REGINAE ADVENTVM, VITAM, OBITVM, ET BEATITVDINEM, REFERVNT.*

*PEREGRINVS* *HISPANIA*
*INCOLA* *S. IACOBVS*

P. *Quid habet populus quòd plorat?* 1. Reg. 11. n. 5.
I *Interrogate quemlibet de biatoribus et hæc eadem illum intelligere cognoscetis* Iob. 21. n. 29.
P. *Ne sileas, aduena ego sum apud te et peregrinus* Psalm. 38. n. 15.
I. *REGINA corruit et impalorem colore* Esther 15. 10.

 mutato

mutato lassum reclinauit caput.

Gene' 33' n' 8' P Quænan sunt istæ turmæ, quas obuiam habui?

Esaiæ' 28' n 13 Y Expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum.

Exod' 24' n 3 Vocem cantantium ego audio;

Exodi' 32' n 18 RESPONDITQVE OMNIS POPVLVS VNA VOCE.

Mat. 13 M' 46 H. Inuenta vna pretiosa MARGARITA

Prou' 31. V. 10 S. Procul, et de vltimis finibus pretium eius.

Gene' 46' n 62. H. Habitauat in terra Australi

Lucæ 11' n' 31 S. Venit a finibus terræ.

4' Esd. 15 n' 20 H. Ab Oriente et Austro venisse

Luc. 11. n. 31. S. Regina Austri surget in juditio

Esther. 2 n. 18 H. Pro coniunctione ctnuptijs et dedit requiem vniuersis prouintijs

Iob. 41. n. 7. S. Vna vni cõiungitur, nequaquam separabũtur,

Esther 12. 17. H. Adamauit eam Rex, plusquam omnes mulieres, et posuit diadema regni in capite eius.

Eccle' 45 n. 9 S. Amauit eam dominus, et ornauit eam, stolam gloriæ induit eam, et coronauit in vasis virtutis.

Exodi' 2. n 1. H. Accepit vxorem stirpis suæ

Ad Ephæ' 1 5 S. Qui præd stinauit eam in adoptionem filiorum, per Iesum Christum in ipsum.

Subiecta

H. *Subiecta proprio viro, sicut Sarra obediebat Abrahæ dominum eum vocans.* — 1 Petri 3. 6

S. *Natio illius obedientia, et dilectio.* — Ecclesi. 3. 1

H. *Et abundare eam fecit Dominus Deus, in cunctis operibus manuum suarum, in sobole uteri sui.* — Deutero 30. 9

S. *Nec sine fructu in Domini nostri Iesu Christi cognitione.* — 2. Petri 1. 8.

H. *Fuerunt ei septem filij.* — Iob. 42. 13

S. *Bonarum virtutum, quibus fortiter gessit.* — 1. Macha 19 23.

H. *In septimo egredietur libera.* — Exodi 21. 2.

S. *Septimus Angelus tuba cecinit, et factæ sunt voces magnæ in Cælo dicentes, factum est regnum huius mūdi Domini nostri et Christi eius.* — Apoca. 11. 15.

H. *Consumata in breui, expleuit tēpora multa.* — Sapient 4. 13.

S. *Placita enim erat Deo anima illius, propter hoc, properauit educere illam.* — Sapient 4. 13.

H. *Vox audita est, ploratus et vlulatus filiorū.* — Ieremie, 2. 21.

S. *Hanc diē Deus Omnipotens mæroris et luctus, eis vertit in gaudium.* — Esther 16. 21.

H. *Flebant autem omnes, et plangebant illam.* — Lucæ. 8. 52.

S. *Recedite, non est mortua, sed dormit.* — Lucæ 8. 52.

H. *Cum sepelissent leuabit Rex vocem suam, et fleuit super tumulum.* — 2. Reg 3. 33.

S. *Non contristemini sicut cæteri quispem non habent, si enim credimus, quod Iesus mor-* — 1. ad Thesa. 4. 13.

*tuus est et resurrexit, ita et eos qui dormierunt per Iesum, aducet cum eo.*

2.Reg.15.30. **H.** *Sed et omnis populus qui cum eo erat, operto capite, ascendebat plorans.*

Mathei.5.12. **S.** *Gaudete et exultate quoniam merces vestra (id est pretiosa Margarita) copiosa est in Cælis.*

## EPITAPHIVM

*in cuius singulis carminibus ad Dialogi formam congestis, interrogationes, responsaq; consentiunt alternatim.*

*Quænam hæc? Regina Hesperiæ. quo sangine nata?*
*Illustri Austriacæ stirpe creata domus.*
*Quis Coniux? Rex Hispanus. quod stemma; supremum,*
*Vt quæ Cæsareos enumeraret Auos.*
*Quid dedit Hispanis? mansuri pignora Regni,*
*septena Austriacas prole beauit opes.*
*Quid rapuit? partus. sed non ne superfuit Infans?*
*Infanti proprios prestitit ipsa dies.*
*Qualiter exiuit? sibi leta, at fleta Philippo,*
*plorata a Regnis, glorificanda Polo.*
*Ergo fuit? viuit pars dignior. altera? surget.*
*Vnde? ex hoc Tumulo. quando? vocante tuba.*